



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Philippi Cyprii, Protonotarii Constantinopolitani, Chronicon Ecclesiae Graecae

Philippus <Cyprius>

Franeqverae, 1679

43 De vita summorum sacerdotum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10949**

Περὶ τῆς ζωῆς τῶν ἀρχιερέων τε καὶ ἱερέων  
τῶν Ἑλλήνων.

Ὁ Πατριάρχης τῆς Κωνσταντινουπόλεως τὴν καὶ πῶν σήμερον ἡμέρων ἔχει ὑπὸ αὐτῷ ἑβδομήκοντα τέσσαρες μητροπόλεις. εἰσὶ δὲ πλείονες ἢ τετράκοντα ἐκ Ἰστών, οἱ πινες σὺν ἔχουσιν ὑπὸ αὐτῶν ἑπισκόπους. Ἐκ τῶν ἐχόντων δὲ ἑπισκόπους, ὁ μὲν ἔχει ἕνα, ὁ δὲ δύο, ὁ δὲ τρεῖς. Εἰσὶ πάντες οἱ ἑπισκοπικὲς ἑβδομήκοντα δύο ἢ ἑβδομήκοντα τρεῖς. γίνονται πάντες οἱ ἑπισκοπικοὶ, καὶ οἱ μητροπολίται, ἑκατοντηκοντα μόλις. Πάλιν ὁ πατριάρχης τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἔχει ἐφορείαν ἰδίαν, τῆς Κωνσταντινουπόλεως μόνον· ἔχει δὲ πρὸς ζωοτροφίαν ἐξ αὐτῆς τῆς πόλεως ἕν χρυσίον ἐξ ἑκάστης γάμψ. καὶ ἐκ πάσης τῆς ἐπαρχίας αὐτῆς ἀπὸ τῶν ἐν τρισὶν ἔτεσι δυοκαίδεκα δηνάρια ἐξ ἑκάστης οἴκῃ, (Ἰστίων, ἐξ ἑκάστης ἐπαρχίας τῶν Ἰστωποσσυδρῶν αὐτῶν μητροπολιτῶν.) ὁμοίως ἔχει τὴν μικρὸν δῶρον ἐκ τῶν Ἱεροδικόνων καὶ ἱερέων τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ὅταν χειροτονῇ αὐτῆς. Ὅμοίως καὶ ἕκαστος ἱερεὺς τῆς αὐτῆς πόλεως ἐν ἑκάστῳ ἐνιαυτῷ ἕν χρυσίον δίδωσι τῷ Πατριάρχῃ. Ἐν καὶ ὅταν διποθνήσκωσιν οἱ πλείστοι τῶν Χριστιανῶν, εἰσὶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς Πατριάρχῃ ὁ μὲν οἴκῃ, ὁ δὲ ἀγρῶς, ὁ δὲ πρὸς βῆτα, ὁ δὲ χρῆματά, καὶ ἕτερα πταῦτα. καὶ πάλιν, ἕκαστος μητροπολίτης ἢ ἀρχιεπίσκοπος, ὅταν χειροτονεῖται διὰ τῆς Πατριάρχῃ, δαρίζει μικρὸν π δῶρον τῷ Πατριάρχῃ. αὐτῶς ἕκαστος μητροπολίτης ἐν ἑκάστῳ ἐνιαυτῷ δίδωσι τῷ Πατριάρχῃ, ὁ μὲν εἴκοσι μνᾶς, ὁ δὲ τετράκοντα, ὁ δὲ εἴκοσι πέντε, ἀλλὰ τὸ φέρον τῆς βασιλείας. ἐξ ὧν χρημάτων ὁ Πατριάρχης δίδωσι τῇ βασιλεῖᾳ ἐξ χιλιάδας χρυσία καὶ ἔτος, πρὸ πάντων τῶν ἀρχιερέων, ἵνα εὐργη ὁ βασιλεὺς τῶν Τερκῶν μὲν Πατριάρχῃ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει, καὶ μητροπόλει, καὶ ἀρχιεπισκόπος, καὶ ἑπισκόπος ἐν πάσῃ τῇ βασιλείᾳ αὐτῆς τῶν Τερκῶν, ἕνεκα τῆς εὐσεβείας τῶν Ἑλλήνων. Οἱ ὑπηρετῆται δὲ τῆς Πατριάρχῃ, καὶ πάντων τῶν ἀρχιερέων, μοναχοὶ εἰσιν, οἳ σὺν ἕξει κοσμικῶ ὑπηρετῆται ἀρχιερέων. Ἐπίσης δὲ τὸ ἄρπυ



## Vita tum summorum, tum aliorum Græcorum sacerdotum.

**P**atriarcha Constantinopolitanus septuaginta quatuor hodiè præest Metropolitæ. Ex hisce autem plures quam triginta inveniuntur, qui nullis sibi subiectis gaudent Episcopis. Inter illos autem qui habent Episcopos, hic quidem unum, iste duos, alius tres numerat: omnes Episcopi autem sunt septuaginta duo, aut septuaginta tres; quibus additi Metropolitæ, in univèrsum centum quinquaginta vix efficiunt. Porro Patriarcha Constantinopolitanus solam Constantinopolin propriæ inspectioni commissam habet. Ad victum autem ex eadem urbe à quibuslibet nuptiis unum aureum; & è qualibet provincia (hoc est e qualibet parochia subiectorum sibi Metropolitanarum) intra triennium semel è domo quâlibet duodecim denaria accipit. Diaconi & sacerdotes Constantinopolitani adhæc munusculum aliquod ipsi offerunt, quando ordinationis ritû sacro ministerio initiantur. Similiter quoque singuli urbis illius sacerdotes Patriarchæ unum aureum pendunt. Deinde, quando locupletiorum Christianorum aliquis moritur, tum certa aliqua bona, qualia sunt domus, agri, oves, opes, aliaque hujus generis, ecclesiæ illi, cui Patriarcha est præpositus, solet legare. Porro quilibet Metropolita aut Archiepiscopus, quando à Patriarcha inauguratur, dono aliquo Patriarcham honorat. Tandem etiam à quovis Metropolita propter tributum regium solvendum, ab hoc quidem minæ viginti, ab illo triginta, ab alio quinquaginta quinque numerantur. Ex hac pecunia Patriarcha Regi sex aureorum millia pro omnibus sacerdotibus solvit; & eum quidem in finem, ut Turcarum Rex Patriarchæ in urbe Constantinopolitana, Metropolitæ vero, Archiepiscopis & Episcopis in reliquis regni sui ditionibus, pietatis & cultus divini apud Græcos exercendi gratia, tutam & liberam habitationem permittat. Qui verò Patriarchæ, aliisque sacerdotibus apparituram faciunt, sunt monachi, non permititur enim, ut secularis sacerdoti sit à famulatio. Sacerdotibus autem & apparituræ vacantibus monachis hisce, qui cum illis juncti septendecim sunt numero, ipse Patriarcha victum suppeditat, qui his funguntur muniis.



Ὁ Πατριάρχης, ὡς δεκαεπτὰ, ἱερεῖς τε καὶ ὑπηρέται. Ἐχει ἰδίῳ δύο ἑφημερίδας, δύο ἱεροδιακόνους, οἰκονόμον, σακελλάριον, ἱατέτη, φύλακα τῶν ἱερῶν ἐνδυμάτων, καὶ ἑτέρων Ἐκκλησιαστικῶν πρᾶγματων, δύο ψάλτας, ἓνα πυλωρὸν, ἓνα ἀφθρωπὸν ὑπόφορον. Καὶ ἐκ τῶν δύο ἑφημερίων, γίνεται καὶ μέγας πρωτοσύγκελλος, καὶ δεύτερος, ἱατέτη, οἵπνες φυλάττει τὴν σφραγίδα τοῦ Πατριάρχου. Καὶ ἱερεῖς ἢ πένταρες, οἵ πινεσ ἀγασσι ἰσὺς ἀφθρωπας εἰς τὴν κρείσιν τοῦ Πατριάρχου. Ἐπι καθ' ἑκάστην ἡμέραν δαπανᾷ ὁ Πατριάρχης πολὺν εἶον, ἕνεκα τῶν δέχοντων τὴν βασιλείαν, περὶ τῶν δαπανῶν ἔχει δύναμιν διεξιθεῖν.

ΚΕΦ ΑΛ. ΜΔ.

## Περὶ μητροπολιτῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων.

Ὁ Σαύτως ἕκαστος μητροπολίτης, καὶ ἀρχιεπίσκοπος ἔχει ἰδίαν πόλιν. λαμβάνουσι δὲ καὶ αὐτοὶ μικρὸν δῶρον ἐκ τῆς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων, ὁμοίως καὶ κατ' ἕτος λαμβάνουσιν ἐξ ἑκάστης ἐπισκόπου ἢ εἴκοσι ἢ πεντεκάδεκα ἢ δέκα μνας. Ὅμοίως καὶ ἐκ τῶν ἱερέων δωρεῖται μικρὸν τι, ὅταν χειροτονῶσιν ἐκείνης. Ὁσαύτως καὶ κατ' ἕτος δίδωσιν ἕκαστος τῶν ἱερέων ἓν χρυσίον τῷ ἀρχιεπισκόπῳ. Ὅμοίως λαμβάνουσι καὶ ἐκ τῶν γάμων ἓν χρυσίον, καὶ ἐλεημοσύνας ἐκ τῶν πενηκῶν, ὡς περὶ πρῶτον περὶ τοῦ Πατριάρχου. Ὅμοίως καὶ ἐκ τῶν πάντων τῶν οἰκων τῆς πόλεως αὐτῶν μόνον λαμβάνουσιν ἓν μόδιον σίτου, ὡσαύτως καὶ οἶνον καὶ ἔλαινον, καὶ σιρίκιον, καὶ ἕτερα πιαῦτα. καὶ ἐκ τῶν πάντων ζῶσιν μητροπολίτη.

ΚΕΦ ΑΛ. ΜΕ.

## Περὶ ἐπισκόπων.

Ὁ Σαύτως καὶ οἱ ἐπίσκοποι λαμβάνουσι μικρὸν δῶρον ἐκ τῶν ἱεροδιακόνων ἐν τῇ χειροτονίᾳ αὐτῶν. Ὅμοίως καὶ ἕτος λαμβάνουσιν ἐξ ἑκάστης ἱερέως ἓν χρυσίον. Ὁσαύτως καὶ ἐκ τῶν γάμων ἓν χρυσίον λαμβάνουσιν, ἐκ πάσης τῆς ἐπαρχίας αὐτῶν. Ἐνὶ κατ' ἕτος λαμβάνουσι

βά-



Duo sunt ephemerii sive diurni, hoc est, diurnas vices explentes vicarii, bini diaconi sacri, oeconomus, sacellarius sive ædituus, hoc est, vestimentorum sacris usibus destinatorum, aliorumque ecclesiasticorum negotiorum custos & curator, duo sunt cantores, unus ostiarius, unus equiso sive auriga. Ex duobus verò illis ephemeris constituitur etiam magnus Protosyncellus, ut & secundus, hoc est, qui figilli Patriarchalis curam gerunt. Præter quos adhuc tres seu quatuor alios alit, qui homines ad tribunal Patriarchale convocant. Ultra recensita verò omnia, Patriarcha adhæc in cibum, propter præfectos regios singulis diebus ingentes sumptus facere cogitur, quorum sumptuum inire rationem nequeo.

## [CAPUT XLIV.

DE

## Metropolitæ &amp; Archiepiscopi.

Simili modo quilibet Metropolita & Archiepiscopus propriam habet civitatem. Redit verò & ad hos è creatione Episcoporum munusculum aliquod; & quotannis itidem ab unoquoque Episcopo viginti quindecim vel decem minas expectare habent. Confertur ipsis quoque nonnihil à diaconis sacris & sacerdotibus, quando ordinantur. Quin singulis annis quilibet sacerdos unum aureum Metropolitæ aut Archiepiscopo donat. E nuptiis etiam unus aureus, ut & eleemosynæ è defunctis ipsis offeruntur; quemadmodum supra de Patriarcha retulimus. Tandem & ultimò ex omnibus civitatis suæ inspectioni commissæ domiciliis, annis singulis frumenti modio uno, vino oleo & siccio ditiores redduntur. Atque ex his vivunt Metropolitæ.

## CAPUT XLV.

DE

## Episcopis.

Episcopi, quando diaconos sacros initiant, munusculum aliquod ab ipsis accipiunt. Annuatim verò à quolibet sacerdote unum aureum; è nuptiis itidem unum. Episcopus verò è qualibet domo subje-

P 3

ctæ sibi